

2

intermissione redderet: unde exiis fideiussor Pando
 Mare passus, et Lucanus, et Archualdus Actionarius
 signum + manus Luponis sculdasi testis signum + manus
 Anselmini Vestararij signum + manus Pindonis Ma-
 repassi testis. Signum + manus Lucani testis signum +
 m Ansfriedani Medici testis signum + m Archualdi
 Actionarij signum + m Aldonis conitoris testis.

Ex Regesto Tafel
 num. 28

+ 749

In Nom Dom. Dei Salu. nostri J. C. temporibus Dom. Luponis glo-
 riosi et summi Ducis Gentis Longobardorum anno Ducatus eius
 in Dei nomine v. seu eo viri magnifici Taciperti Bastaldi ciui-
 tatis Reatinge mense Nou. per ind. III. Ideo constat nos Benedic-
 tum Diaconum et Theuderadium germanos uendidisse, et uen-
 didimus, tradidisse atque tradidimus tibi uiro uenerabili
 Feluado Abati de Mon. S. Dei genitricis sempervirginis
 Marię portiunculam Picciarenę in Busiano et in Hiltice cum
 casis vineis terris cultis ^{uel} incultis omnia et in omnibus
 quantum ipse iam dicitur Picciarenus ad suam tenuit manu
 in integrum ad partiu placitum et definitum et in presen-
 ti acceptum cavallos duos ualentes solidos quinquaginta
 et uendam ualentem solidos XX. quod apud nos habere
 testatur et ipse predictus Picciarenus, qui est colonus si
 ibidem resedere uoluerit resedeat in ipso lito, et angaria
 quam nobis fecit faciat: et si exire uoluerit, licentiam habeat
 cum ~~uoluntate~~ ^{libertate} sua libertate sua. Portiunculam eius sicut
 superius diximus omne in Monasterium concedimus possi-
 dendum ita ergo ut ab hac die firma et stabilis sit nostra
 uenditio, et neque a nobis neque ab ullo heredum nostroru
 ita uenditio contradicatur. Unde pro firmitate ipsius
 Venerabilis loci Godipertum Notarium scribendum postu-
 lauimus, et testibus a nobis rogatis obtulimus qui subter
 signum J. Crucis fecerunt. Actum in Reate mense et ind.
 superscripta signum + manus Benedicti Diaconi uendi-
 toris et traditoris signum + manus Theuderadi vendi-
 toris

ss
 vv

ptium